

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XXXI. De venditione cum pacto retrouendendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

partem vendit fixos sit, & occasione huius emptionis mājora scanda la inter socios præsumuntur excitare us poavit alij socij retractum intentare, ut præcari. Doctores adiuvant. Quia hic retractus non intentatur cito communionis, sed tūculo seditionis, & iuxæ impedientia.

<sup>14</sup> Circa quintum quod tempus prædicta retractu concedatur. Manifestum est idem tempus concedi in retractu communionis ac etiam concelebrium in retractu fanguinis, ut constat ex leg. 13. tit. 1. lib. 5. noue collect. quæ desumpta fuit ex leg. 75. Tauri. in enim deciditur solemnitatem, & formam in retractu fanguinis præscriptam severandam esse in retractu communionis. Quare cum in retractu fanguinis nouem dies concessi sint ad retractendum, idem tantum concessi confendi sunt pro retractu communionis. Et tamen in hac parte latum disserim inter retractum fanguinis & retractum communionis nam retractus fanguinis non haber locum nisi intra nouem dies computandus ab eo puncto quo primum res vendita extranco, vel remotori consanguineo fuerit, quia per venditionem definit etiam patrimonio. An in retractu communionis nouem dies computantur ab ultima venditione. Sicut voluit glossa in leg. 2. vers. item si ipse empator Cod. de rescind. vendit. Quilibet enim empator ipso quod ram communionem emit consors est, & locius, ac proinde cum illam alienare non communem confetur alienare. leg. 1. Cod. communii dividendo. Ergo concedendus est retractus. Sic Iohann. Lupus, leg. 75. Tauri. num. 3. & 4. Didac. Castilio ibi glossa. 2. vers. quarto etiam retinuis, quos refecit, & sequitur Matien. leg. 13. tit. 1. lib. 5. compil. glossa. 2. num. 6.

Ab haec tamen doctrina excipitur emphyteta, & superficiatus pensionis solvens, quorum venditiones dominus directus recessus retractare potest oblatio pretio intra duos mensiles. Vix colligitur ex leg. fin. Cod. de iure emphyteta, & notat Ant. Gom. leg. 74. Tauri. num. 31. Matien. d. leg. 13. glossa. 1. & iii. Azeued. glossa. fin.

## §. XI.

## De retractu ob bonum commune.

<sup>1</sup> Statutus hic retractus.

<sup>2</sup> Aliis designatis ob similitudinem competit hic retractus.

<sup>3</sup> Hi obligari preferendi sunt in venditione.

<sup>2</sup> **S**ed pro bono communi expedit, ut res ab empore extraheatur, & alteri adiudicetur pro codem pretio. Hac enim ratione obligatis piceum vulgo obligandos del peseado conceditur. leg. 20. tit. 11. lib. 5. collect. regia, ut intra duos dies possint retractare piceatum ab aliis emprum servatis conditionibus in ea lege præscriptis.

Dubium est. An hoc privilegio uti possint alij obligati carnium, olei, vini, & simili? Negat Matien. d. leg. 20. glossa. 1. & ratio esse potest, quia retractus est quid odiosum. Ergo non debet ultra casum expressum extendi.

Cæterum eti retractus sic quid odiosum, ac proinde reguliter non extendendum, fallit tamen cum in bonum commune cedit, bonum enim commune extensem exigit alias non faciendam, & maximè cum ratio vrget ut in praefenti contingere potest. Si enim carnis, olei, vini, fumenti penuria virget, cuius causam obligatur ad prouisionem harum rerum satisfacere competenter sue obligationi non potest, quis dubitat concedendum esse retractum, sicut obligatio piceum argum. corum quæ tradit. Couraru. 3. var. cap. 14. num. 6. Mexia in pugnat. panis conclus. 1. princip. numero 2. & seq. & docet Azeuedo d. leg. 20. numero 2.

<sup>3</sup> Illud certum tempore venditionis si prædicti obligati, & proufores cum aliis concurrent præferendis in venditione esse, cum non libet, sed communiter emanet; & colligitur ex dicta leg. 20. & leg. antecedenti. 13. & 19. titul. 11. lib. 5. noue collect.

## P N C T V M XXX.

Qualiter emptio, & venditio mutuo contrahentium confundit dissoluatur?

<sup>1</sup> Cum contractus imperfectus est dissolutus poterit,

<sup>2</sup> Secus si perfectus sit ex virtuque parte.

<sup>3</sup> Quid quando ex una parte perfectus sit?

<sup>4</sup> Gabella debetur, tamen si dissoluatur contractus.

**S**I res vendita vel illius pars tradita non sit emptori, nec premium illius, aut pars vendori soluta mutuo contrahentium confundit dissolutus estemptio & venditio potest. Res

enim per quæcumque causas nascitur per eas dissolviuntur. Colligaturque ex §. 10. infra quib[us] mod. tollit obligatio, & leg. 2. Cod. quando licet ab emp. discedere, & tradit ex communione tenet. Aut. Gom. 2. var. 6. 2. n. 2. Neque huic dissolutioni obstat, quod artia in securitatem contractus confundatur, aut fideiullos dari, quia hæc tacitam imbibunt conditionem, nisi si cuia interest obligatio cedat.

Quoniam videtur probabile cilibet contrahentium licetum esse à contractu discedere soluta artia quia videtur conditionem imbibere, nisi aliud placuerit. Ut colligitur ex leg. regia 7. tit. 5. p. 5. sic Garcia 1. de contra. l. 1. c. 13. Salas alios referens, tractat de emp. & vendit. das. vi.

Si autem contractus virtuque perfectus sit, quia & premium integrè venditori est traditum, & res vendita emptori nequeant contrahentes contractum factam rescindere, nisi non alio contractu emptorius, & venditionis celebrato. Ut bene adiuvat Molina, disp. 373. in fine ex leg. 1. ff. de rescind. vendit.

Quod si contractus ex una parte perfectus sit, & ex altera non, contractus dissoluetur utroque foro, si contentiente eo qui impluit reditum, quod tradidit. leg. 1. Cod. quando ab emp. disced. licet. & leg. 2. ob empion. ss. de Padua. Ex mutuo autem contentio in foro conscientiae, & in exteriori iuxta Ius Castellæ dissolitus contractus confunditur, & obligatio erit ex parte eius qui premium vel rem accepit restituere alteri acceptum. At inspesto iure ciuilicagi non poterit recipiens redire, & contractum dissoluetur, quia ex uno pacto stipulatio non vestit nulla nascitur in foro externo obligatio, nullaque inde datur actio, tametsi debet exceptio ob naturalem obligationem ex contractu uno prouenientem. Sic Antonius Gomez, dict. cap. 2. numero 21. Molina. disputat. 373. circa med.

Quod solutione gabellæ attinet breviter respondendo exemptione, & venditione, tamen si nulla re vel pretij traditio subequata fuerit, & postmodum fuerit dissoluta, gabellam debitam esse, quia est perfecta venditio, & si gabellario acquisitum, cui contrahentes præjudicat non possunt novo suo difensu, nisi forte hic difensus sic inconveniens fuerit appositus, ut prudentis arbitrio non censeatur venditio facta. Sicuti docet Ant. Gomez, dicto nom. 21. & Mol. d. disp. 373. post init. Si autem dissoluatur venditio virtuque perfecta, & completa, apertum est non tantum unam, sed duplex debitum esse gabellam, quia est duplex venditio. Ut cum Lassate de decima vendit. cap. 14. num. 8. censuit Molina, d. disp. 373. circa finem. At si dissoluatur, cum non sit virtuque perfecta, sed folium ex una parte, unica tantum gabella debetur priori venditioni correspondens, nulla tamen dissoluutioni correspondens, tamen si dissoluatur contractus diminuenda pretium, vel augendo mercem, aut & contra, quia esto in rigore videatur novus contractus, communis tamen astimatione idem contractus eti variarius reputatur, ac proinde unicata tantum gabella debetur, aucta tamen, si pretium auctum est, ut pœlati Doctores adiuvant.

## P N C T V M XXXI.

## De venditione cum pacto retroueniendo.

**V**enditio institui potest sub onere rem venditam iterum remendi. Hoconus imponitur cum in fauorem venditoris, cum emptoris, tum virtuque. In fauorem venditoris censetur appositum, cum venditor emptorem grauat rem emptam reuendendi appositum, si emptor cum venditore conueniat, ut si intra tale tempus, vel quandocumque sibi res empta displicuerit teneatur venditor illam reuermere. Tandem in virtuque contrahentis fauorem censetur pactum appositum, si cilibet liberta relinquatur facultas contractum dissoluendi.

## §. I.

## An pactum revendendi venditioni appositum licitum sit?

<sup>1</sup> Licitum est hoc pactum.

<sup>2</sup> Sed an sub eodem prelio fieri debeat non caret difficultates.

<sup>3</sup> Ex sola modicitate pretij non colligitur contractum esse usum variarium, sed inutilem.

<sup>4</sup> Presumitur usum variarium, si alia adhuc circumstancia.

**C**onuersant communiter doctores teste Ant. Gomez, 2. var. cap. 2. num. 21. Couraru. 3. var. cap. 8. numero 12.

Bib. 4 Gen

**Conrado de contract. q. 33; Mol. tract. 2. disp. 375. § 377. initio.**  
**Lefsius, lib. 2. cap. 21. dub. 14. pactum reuendendi appositum**  
**venditioni licitum esse. Ut colligatur ex Lefsi. 2. vbi filii**  
**Israël permittebatur possessiones reequare. Ratio est manife-**  
**sta, quia si pactum reuendendi in favorem venditoris appona-**  
**tur, potest venditor onus quod emptori opponit diminui-**  
**re preiū compensare. Si autem in favorem emptoris appo-**  
**situm sic potest emptor augmento preiū compensare gra-**  
**uamen. Ergo licitus est talis contractus, maximè cum nullo**  
**iure positivo reprobus reperiatur.**

Notanter dixi, si augmento, vel diminutione preiū onus im-  
 possum compensetur. Nam certum est rem venditam sub pa-  
 cto ut possit à venditore redimi minus emptori commodam  
 esse, quam si absoluere, & absque illo pacto vendita fuisset.  
 Econtra vero commodityore emptori esse acceptam cum  
 potestate eam venditori reddendi si sibi displacebit, ac pro-  
 inde obligatur venditor onus reuendendi emptori imponens  
 premium quod alia p. re vendita exigere possit, diminuere. E  
 contra emptor venditorem grauans, vt quando sibi res em-  
 pta displacebit teneatur reequare, cogitur pretium augere  
 ultra id quod res aliqui valer. Ut bene præcitat Doctores  
 aduentur.

Hinc videtur inferri illicitam esse venditionem cum pacto  
 rem venditam redimendi codem preiū ac vendita fuit, quia  
 in redemptione non adest onus reuenditionis, seu redem-  
 ptionis priori venditioni impositum, quod preiū diminu-  
 tione, vel augmentatione diximus necessario compensandum. Ob  
 quam causa merito potest emptor à quo id onus exigitur  
 nolle rem vendere eodem preiū, quo sub onere reuendendi  
 emit, seb longe maior. Ut recte notat Lefsius, lib. de iust. cap.  
 21. dub. 14. num. 115.

Caterium quod possit vendere fundum cum pacto eodem  
 preiū redimendi, emptorique possit emere sub pacto eodem  
 preiū tibi reuendendi probabilitate non caret, vt docet Lef-  
 sius, supr. n. 115. § 118. quia etio pactum redimendi preiū  
 sit estimabile, id sane intelligendum est, cum venditione, aut  
 emptione subicitur, secus cum subicitur venditione, aut em-  
 ptione dissolutione. In redemptione enim rei vendita facta  
 ex vi prioris contractus non contractus nouus, sed distractus  
 intercedit, ac proinde mirum non est, si eadem re ad vendi-  
 tem reuersa idem preiū ad emptorem revertatur. Neque  
 oblat emptorem non esse obligatum fructus perceptos rei  
 emptae restituere, quia hanc commodicationem compensar ven-  
 ditori communis vsl., hominumque estimatione potestate  
 vendi pecunia sibi data, & spe in perpetuum re vendia  
 videnti.

Verum hæc prædicta venditionis, & emptionis dissolution  
 non est propria reuenditionis, aut reemptions, cum non sit contra-  
 ctus, sed distractus: at si velis propriam reuenditionem,  
 aut reemptions celebrare, spectare debes quanti tunc res  
 valitura est eo tempore, quo venditio est instituta seculu-  
 so illo onere retrovenditionis, alias iniusta esset reuenditionis,  
 & reemptions. Quotiescumque autem contrahis sub pacto, ut  
 res diuiso preiū reuendatur manifestum est nouam te ven-  
 ditionem institueret, & priorem venditionem novo emptionis  
 & venditionis contractu dissolueret.

Grauius tamen est inter Doctores controversia, an ex em-  
 ptione sub pacto reuendendi interveniente modicissimo preiū  
 vslura plausum. Alij affirmant, alij negant, quos plena  
 manu referunt Couar. 3. var. c. 3. n. 3. & 4. Fachin. lib. 7. controv.  
 cap. 12. & lib. 12. cap. 27. Veriore existimo ea sententiam  
 que astricta ex sola modicitate preiū non colligi contractum  
 vslurium, sed iniustus: ut recte ex communī notauit Nau-  
 uart. c. 17. num. 248. quem referit, & sequitur Molina, disp.  
 375. ver. hoc loco.

At si huic modico preiū alia circumstantie addantur, de  
 quibus in cap. ad nostram de empt. & vendit. & cap. illo vos de  
 pignoris, vsluriorum contractus præsumuntur. Circumstantiae au-  
 tem ha sunt, ut emens modico preiū vslura affuefactus sit.  
 Secundo ut lucrum aliquod ex simulata emptione comparet,  
 sicuti comparat in predicto cap. ad nostram vbi sicut pactum, ne  
 res septennium, nec post nouennium redimeretur; manifestè  
 indicans velle fructus septem annorum comparare. His au-  
 tem circumstantiis concurrentibus præsumunt emens vsluri-  
 um contractum fecisse. Cum enim ab illo mutuus vendi-  
 tor expostulasset, ille verò noluerit mutuum expresse conce-  
 dere, sed emere mercem vili preiū adiecto pacto ne intra  
 septennium redimatur, aperte coniunctivum illam venditionem  
 simulantur, & pecuniam datam non sufficiat in preiū  
 rei emps. sed in motu, remque sibi traditam quam  
 certo credidit esse redimendam loco pignoris assumptis, &  
 cum eius fructus per septennium percipiendis noluerit in  
 forte computare, vsluram commisit. Sic Couar. 3. var.  
 cap. 8. num. 4. Ant. Gomez. 2. var. cap. 1. n. 27. Fachin. 2. con-  
 trou. cap. 12. & lib. 12. cap. 27. Mol. disp. 375. post mod. & alij  
 apud ipsos.

## §. II.

An facto pacto reuendendi in favorem venditoris  
 compelli emptor ad reuendendum  
 possit?

- 1 Negant aliqui compelli posse,
- 2 Verius est posse compelli, si emptor habet facultatem reuendendi.
- 3 Satisfit oppositio fundamento.
- 4 Ex eo quod premisit contractum obligationem reuendendi  
 de negotiis plures te obligari posse ad reuendendum.
- 5 Varius est oppositum.
- 6 Satisfit contraria.

**N**on defuerunt graues Doctores relati à Tiraquelle de  
 contract. conuenient. §. 1. gloss. 7. num. 60 quoque sequi-  
 tur Gregor. Lopez, leg. 42. tit. 5. par. 5. gloss. 3; alterantes facto  
 pacto reuendendi in favorem venditoris compelli non pos-  
 se emptorem præcisè ad reuendendum, vel ad solendum  
 interesse. Dicuntur, quia obligatio ad factum compelli ne-  
 quis præcisè ad ipsum exequendum, sed ad solendum inter-  
 resse casu que factum non præterit juxta leg. stipulaciones  
 non dividuntur. vers. Collos. ff. de vorbor. obligat. Ad obligans  
 ad reuendendum obligatur ad factum, quippe reuendatio  
 factum est argum. leg. 4 ff. de Vstria. & leg. conjunctio in fin. ff. de  
 curatore furioso. Ergo &c.

Nihilominus longè verior est sententia alterentes compelli  
 li posse ad reuendendum, si emptori reuendendi facilius est.  
 Sicuti pluribus relatius docuit Fachin. 2. controv. cap. 8. pro-  
 batque tum ex leg. 2. Cod. de pactis inter empt. & vendit.  
 Tum ex ratione quia obligatio prouenient ex contractu su-  
 menda est iuxta intentionem contractum, leg. temp. ex si-  
 pulationibus ff. de Regul. iuris. At venditor exigens ad emptore  
 reuenditionem manifestè indicat reuendendum velle deter-  
 minare, non autem sub disunctione ipsam, vel intelle, in-  
 tendit, ut preiū restituto res sibi non illius interesse restitu-  
 tur. Deinde præsumi non potest, venditor paciens de re sibi  
 reuendenda contentus fore obligacione emptoris folendum in-  
 teresse quando res vendita illi reddi potest, cum ad intelle  
 exigendum insidare debeat in illius probatione, que diffi-  
 cis est.

Neque argumentum opposita sententia alterentes compelli  
 namque obligatum ad factum satisfacere solendum interesse,  
 quando non constat præcisè, & determinat ad factum  
 obligationem fuisse, sicuti constat in præsentiarum  
 fuisse.

Sed quid si promisiles contractum obligationem reuendendi  
 compelli potes ad reuendendum? Negant Dec. & Ril-  
 min. in l. cum fundis §. seruum tuum ff. si certum petat. Masili.  
 sing. 469. Grammaticus dec. 10. 3. n. 18. & quidam ali quos ref-  
 fert, & sequitur Roland. à Valle cons. 6. num. 2. lib. 3. Dicunt  
 ut eo præcipue fundamento, quia promissiones & obligatio-  
 nes ex contractibus prouenientes extendi non debent ita  
 contractum verba, leg. non omis. ff. si certum petat. At  
 promisentes sub obligaturum reuenditionem præfare non ex-  
 primi reuenditionem præstatum, sed obligacionem reuenditionis  
 contractum, quia obligatio reuenditionis distincta est  
 à reuenditione. Sicuti vendendi promissio distinguita est  
 à reuenditione. Et confirmatur, si promisit alius fidei-  
 forem esse, non eo ipso fideiustor confiteritur. leg. ff. qui si-  
 pulatus sit Stichum. §. vlt. ff. de verbor. obligat. Sed solam obli-  
 garis præfaret quanti stipulatoris interfit. Et id est in  
 præfenti dicendum.

Cærerum longè verius est compelli te posse ad reuendendu-  
 dum ex quod promisit obligationem reuendendi subi-  
 rum. Sicuti plures referens docuit Fachin. 7. controv. cap. 7.  
 ex doctrina Iohann. Andrea in adit. ad Specular. iii. de iust.  
 & obligat. alterentes cum qui promisit se obligatum ad  
 decem compelli posse immediate ad decem præstatum. Ego  
 promisentes se obligatum ad reuendendum, compelli pos-  
 ses ad reuendendum. Nam obligationi reuendendi faisa-  
 cere nequis, nisi media reuenditione, ut ex superioribus con-  
 stat. Ergo promisentes obligationem reuendendi subi-  
 rum virtute promitis reuenditionem. Ne iugis inviles atus  
 multiplicentur, quod omnino vitari debet, leg. cum fundis §.  
 seruum tuum ff. si certum petat. leg. dominus testament. ff. de  
 condit. inde. Clement. auditor. de rescript. compellendis es  
 ad reuenditionem, non ad reuenditionis obligationem. Et  
 confirmo ex prædicta promissione obligari promissario præ-  
 flare quantum illi interfit ea obligatio ad reuendendum. At  
 id quod promissario ea obligatio reuendendi interfit, est rea-  
 venditam re habere. Ergo.

Ad argumentum contraria sententia respondebis ad-  
 mitendo non esse extensionem faciendam vslra verba ex-  
 pressa contractum, nisi ad ea tantum quæ sub illis verbis  
 expressis

expresis virtute continentur, quia haec non est obligationis extenso, sed declaratio, ex qua circuitus inuiles virantur. Ad confirmationem admittit promittentem fiduciam non compelli tanquam fidei iustorum, quia absque fidei insufflatione praeſtit stipulator potest, quanti eius intererat fidei iustus. Secus est in promissione pacti reuendendi cui plene, & perfecte satisficer non potest absque reuenditione.

## §. III.

An pactum reuendendi nullo termino apposito ita perpetuum sit, ut nullam praescriptio- nem admittat?

- 1 Aſſiſtunt plures.
- 2 Verius eſt praescriptio- nem admittere.
- 3 Fit ſatis contraria.
- 4 Temperatur doctrina in censibus, annuisque redditibus.

**C**um pactum retrouendendi sub ea forma conceptum eſt, ut quandomodo empti vel venditori placuerit redemptio subsequenda sit, grauius eſt inter Doctores controverſia ita perpetuum sit, ut nullam praescriptio- nem admittat? Aſſiſtunt perpetuum eſt, nullamque admittere praescriptio- nem Anton. Gomez, 2. var. cap. 2. num. 28. Andreas Fachin. plures referunt. *contrauer. cap. 1. Mol. trac. 2. diſp. 274. §. quando in contraria. Dicuntur. primo; quia ex conuentione partium obligatio extendi potest in infinitum leg. ſitua ſtipulatus, fidei iustorum. leg. 4. ff. de danno infecto, & alii, praecipue ramen ex leg. quod ſi nolit. §. quid ita. ff. de adiſ. editio. vbi habetur quod ſi inter emptorem, & venditorem pactum sit, ut quandomodo res emptori discipli- ceret redubetur poſſe in perpetuum redibiri. Secundū conditio in contractibus appofita potest quandomodo, & in perpetuum impliri. leg. hac conditio la. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Tertiū praescriptio eſt non potest cum mala fi- de, cap. vlt. de praescriptio- ne. At emptor conſeuſt obligatio- nis redimenda conſeuſt in mala fide. Brgo negui- preſcribere.*

Ceterum eſti haec sententia probabilis sit probabilio- rem existimo afferentem praescribi longissimo temporis spa- tio. Vt docuit Angel. conf. 1. cui ſubſcriperunt Anch. Iaſon. Ioan. Fabri. Alexand. Cagnol. & alijs plures quoſ re- ferunt. & sequuntur Couarrua. lib. 1. var. cap. 9. a num. 1. Greg. Lopez. leg. 42. tit. 5. par. 5. gl. 1. Ant. Gab. commun. opin. tit. de praescript. concl. 6. Jacob Menoch. conf. 1. 43. num. 2. 3. & conf. 201. num. 8. 5. Roland. à Valle conf. 2. lib. 3. Moneor, quia ex pacto quo venditor cum emporio conuenienter poſſit quandomodo velit rem venditam redimere, actio naſcitur aduersus emporium, ut eum compellere poſſit oblatio pre- tie ad reu- ſuendam, que eſt actione personalis ex vendito, ſeu praescriptis verbis iuxta leg. 2. Cod. de pacts inter empt. & vendit. & leg. regiam. 42. tit. 5. par. 5. At actione personalis in pectu iure communi ſpatio 30. annorum tollitur. §. i. inſtit. de perpetuo. & temporal. actionib. leg. ſicut Cod. de praescript. 30. vel 40. annos. & in pectu iure non regio in tra- decem annos praeficitur. leg. 3. tit. 1. lib. 3. ordinam. niſi forte in instrumento quarenti- gio ſeu publica ſcriptura conſineantur, quia tunc 20. annis per- feuerat. Eſti additur hypotheca 30. vt in leg. 6. cap. 1. que eſt tit. 15. lib. 4. collect. Neque obſtar ex conuentione partium hanc actionem in illo termino circumſcribi, quia ſatis eſt quod iure ſi diſponente terminis à lege appofitus actioni perpetua circumſcribatur. argum. cap. 1. de ineq. refut. & cap. 1. eodem tit. 6. & l. minor. §. qui ſtat liberum ſi de euſionib. & l. pretor. art. §. hoc interdictum. ſi de noui oper. numeris. & aliis. Toſt conſtruſi. queſtitio. Non potest argumento legatati, qui ſi intra 30. annos legatum non petterit haeres aduersus illum praeficitur, quia haeres non eſt absolute obligatus legatum legatario concedere, ſed ex ſuppositione quo ipſe petierit. Quid non potete cedere conſeuſt iuri legati, ſed emptor v. g. obliga- tus ad reuendendum non tenetur venditor reuendere, niſi ipſe venditor reuenditionem exigerit, & pre-um obſuert. Ergo illud intra longissimum tempus non offerens conſen- dus eſt iuri reuendendi renunciare, vel potius legi late de praescriptio- ne conformatum.

Argumenta oppofita ſententia faciliſſima ſunt. Ad prium reponde ex conuentione partium obligationem ſine termino extendi poſſe, quatenus nullus terminus in latu apponi potest, quin latior apponai valeat. At nunquam conſtruſit in infinitum appofitus, quia lege praescriptio- ne 30. vel 20. annis finitur. Etenim diſcio perpetua praescriptio- ne longissimum temporis non tollit, ut conſtat ex §. i. inſtit. de perpetuo. & temporal. actionib. & leg. minor. §. ſtat liberum ſi de euſionib. & leg. praescript. art. §. hoc interdictum. Digest. de noui oper. numeris. Neque etiam collit praescriptio- ne dictio quandomodo, ut inquit Glosſ. in cap. 1. verbo quandomodo, & ibi Bald. col. 1. de ſeudo dato in vicem leg. commisſ. Neque item diſcio ſem-

per preſumptionem 30. annorum tollit. Vt probat lex in re- bus ſ. vlt. Cod. de iure dotorum. iuncta legi. Digest. Solvo mari- monio. Quapropter eſti vi inquit Greg. Lopez. d. leg. 42. glōſſ. in fine. 1. poſſim contrahentes extendere obligationem reuendendi ultra 30. annos tempus praefinendo, at dum tempus non designant determinatum, ſed absolute reuenditionem concipiunt, tameſi ſub illis terminis in perpetuum, ſemper quandomodo non progreditur obligatio ultra annos 30. ſicut optimè aduerit Couarrua. d. lib. 1. var. exp. 9. num. 2. ſe- teria. Sicque reſpondet Couarrua. ibi: & Gregor. Lopez. d. leg. 42. glōſſ. 1. ex doſtrina Angel. Baldi. & aliorum ad te- tum in leg. quod ſi nolit. Ad tertium negamus emporiem praefcribere mala fide, ſiquid non tenetur reuendere, quo- uis ſibi offertur pre-um, & reuenditionis exactione praefribi ab empori poſſit iuxta ea quæ latè diximus tractas. 31. di- fuit. unie. punc. 12. §. 6. de bona fide in praescriptio-

reuenditione. Temperat autem optimè Couarrua. d. lib. 1. var. cap. 9. num. 8. ſupradictam doctrinam in censibus, annuisque redditibus conceptus ſub pacto redimendi, quorum redemptio nullo tempore praefcribitur. Dicitur Couarrua. quadruplex efficacia ratione. Prima, quia in hac ſpecie ius redimendi quod venditor censuſ habet conuictum eſt iuri excipendi, excipere namque poterat venditor obligationem ſolendi redditus futuros pre-um redēptionis offrendo. At natura exceptionis perpetua eſt, & nolla temporis praescriptio tol- lit. leg. pura. §. vlt. Digest. de doli exceptione. Ergo ius offe- rendi quod praedito iuri excipendi conuictum eſt nulla praescriptio ceſtabit. Secunda, praescriptio- ne introducta ſunt, ut ipſis occurratur iuri agendi, non autem iuri excipendi, ſed retinendi: cum autem in his annuis praefationibus ius excipendi venditori competi pre-um redēptionis off- erens nequit vila praescriptio- ne hoc ius excipendi derogari. Argument: leg. legata Digest. de legat. 1. & leg. cum rati. §. vlt. Digest. de condit. & demonſtr. Tertia: in qualibet annua praefatione interrupitur praescriptio, ſiquid venditor ſol- uens ex venditione facta annos redditus & futurorum fo- liationum non impediens pre-um redēptionis offrendo tacitè praefatam venditionem approbat. Quarta: Hi annui redditus cum emuntur ſub pacto redimendi modico pre- um emuntur longe minori quam cum emuntur abſque vila redēptionis ſpe. Ergo ad contiactus iuſitiam pertinet ea redēptionis facultas. Sic Couarrua.

## §. IV.

An vendens ſub pacto reemendi intra quinquen- nium poſſit eo transacto reemere, ſi partem pre-um intra quinquennium ſoluta eſt?

- 1 Reſoluitur quodſit.

**H**anc quodſit dilat optimè Andreas Fachin. lib. 2. conſtru. cap. 4. cum Surdo conf. 5. 1. num. 44. & 45. ex leg. ſi ita quid. §. ſea. ff. de verbor. obligat. vbi Conſutus defuit, ſi paſto poſt tempus praefinitum venditor offert pre-um residuum; & nihil emporis interiſt poſſe reemere. Secus ſi longum tem- pus elapsum ſit, aut emporis interiſt rem empori non re- uendi. Priorē partem probauit lozam. Imma- ſa conf. 6. Gozadini. ad leg. 1. Cod. de pacts inter empt. & vendit. in 7. quodſit eo quodſit conſonum videtur ob partem pre-um ſoluti aliquam temporis prorogationem quaſi ex priuilegio conce- di, cum nullum inde dannum empori proueniat. Si enim regulariter mora purgari potest, §. vlt. inſtit. de perpetuo. & tem- poral. actionib. & leg. interdicitum. ſi de verbor. oblig. nullus ca- ſus ſingi potest, cui haec purgatio magis debita ſit. Secundam partem probauit Cagnol. in dicta leg. 2. Cod. de pacts inter empt. & vendit. num. 162. quia ſpectato iuriſ rigore venditor non habet ius redimendi niſi intra quinquennium oblati integro pre-um. Ergo cum haec conditionem non implea- rit, repelli iuste à reuenditione poterit.

## §. V.

Num minor emens cum pacto reuendendi obli- gari ad reuendendum poſſit abſque decreto iudicis?

- 1 Negant plures quod bona immobilia.
- 2 Verius eſt obligari poſſe.
- 3 Soluitur fundamento oportitum.

**N**egant quod bona immobilia plures quoſ reſerſt, & ſequitur Andreas Fachin. lib. 2. conſtru. cap. 3. Quo- rum fundamento eſt, quia minori abſque decreto iudicis non eſt permifſum fundum acquisitum alienare: at empori-

ne, tametsi sub pacto reuendendi dominium rei emptae minori qualiter est, nequit ergo absque autoritate iudicis illud alienare, at si obligaretur ad vendendum, obligaretur ab alienandum, cum reuenditio sit rei quae sit alienatio. Hanc sententiam confirmat Fochin, ex leg. 1. §. vlt. & leg. seqq. de rebus eorum &c. cuius verba sunt, si minor 2. 5. annis emerit prædia; ut quod prius solueret, esset pignori obligata vendoria non puto pignus valere. Nam vbi dominium qualiter est minori caput non posse obligari &c. Ergo similiter obligari non poterit ad reuendendum, cum ex venditione dominium qualiter minori sit. Quod si dicas est dominium insitum, cum ab ipsius acquisitione reuenditioni subiectum sit, oblat, nam etiam prædicto empto, & pignori dato hæc obligatio ab initio inhalat, ut inquit *prædicta lex 1. §. vlt.*

**N**ihilominus verius existimo posse minorem obligari ad reuendendum ex pacto inito in ipsam emptione: vti docuit Bald. cons. 1. 6. lib. 2. Andreas Illeensis in cap. 1. §. 1. de feudo dato in vīp. leg. commissaria. Cagnol. in leg. 2. Cod. de pac. inter empt. & vendit. num. 1. 4. 9. Pinel. in leg. 1. 5. p. Cod. de bonis matern. Tiracol. de retractiō conuent. ad finem tit. numero 1. & seq. Præcipuum fundamentum est, quia illa reuenditio cum sit ex necessitate prioris emptionis non est contractus, sed distractus, & dominii acquisiti necesse est resolutio, non voluntaria transmissio. Ergo cum minori prohibita est rerum immobiliarum alienatio, de alienatione voluntaria, & propria intelligi debet non de alienatione necessaria, & impropria. Quod confirmari potest tum ex contractu adhesionis in diem, & pacto legis commissoriae quo minores tenentur, leg. §. empt. ff. de minorib. & hoc nulla alia ratione nisi quia venditio facta ex vi primi contractus resolutio, & dominium ab initio qualitercum huic resolutioni subiectum fuit. At idem procedit in emptione sub pacto reuendendi, ergo. Tum quia pactum reuendendi est conditio prioris emptionis, ob quam fundus minus emitur, quam secundo hoc pacto emeretur, quia onus illud pretio est assimilabile. Ergo si empio subfilius debet conditio sub qua facta est, alias minor iniurias est.

**3** Fundamentum oppositum sententiæ ex probacione conclusionis solutum est. Ad leg. §. ad resolutandam, respondeo resolutionem donationis paternæ cuius meminit illa lex non fusce facta ex vi prioris donationis paternæ, sed ex libera filii voluntate, ac proinde est latum differeniam à reuenditione facta ex pacto prioris emptionis. Nam illa est resolution donationis per nouum contractum, hæc vero est resolutio emptionis per distractum. Eodem modo respondendum est ad leg. 1. & seqq. de rebus eorum, non posse minorem pro solutione pretij rem empram pignori dare, quia haec pignoratio est nouus contractus a priori emptione omnino distractus, quem celebrare absque decreto iudicis minori non permittitur.

## §. VI.

Num res vendita sub pacto reuendendi redimi in parte possit?

1. Sententia negans certa est.
2. Quod procedit etio plures essent venditores.
3. Imo oblatu integro pretio non potest unus venditor redimere alios nolentibus, affirmarunt plures.
4. Verius est posse.

**C**erta est sententia negans rem venditam sub pacto reuendendi in parte posse. Ut rectè probat Ant. Gomez. 2. vñ. cap. 10. num. 24. §. quinto infero, quia empior non obligatur redempcionis pro parte consentire, alios obligatur tamen communem cum reuendente habere, iuxta leg. cum pater. §. dulcissimis. ff. delegatis. 2. Vnde hæredes vendoris habentis ius reuendendi nequaquam poterunt singuli pro sua parte & portione hæreditatis redempcionem praefatae. Ut exp̄l̄s̄t̄ habetur leg. fistular. §. qui fundum. D. de contrahenda emp. & colligitur ex leg. cui fundus. D. de condit. & demonstrat.

Quinimo esto plures essent venditores qui rem sub pacto retrouendendi alienauerint nequeunt singuli pro sua parte partem pretij offerendo redimere. Nam cum res vñco pretio vendita fuerit sub pacto reuenditionis integrè reuendenda est, & non pro parte, vt notauit Anton. Gomez. suprà. §. sexto in foro. Tiracol. de retractiō. consanguinit. §. 1. 3. glōff. 1. Andreas Fochin. lib. 2. controversi. 2. & alijs innumeris apud ipsos. Neque obstat lex seq̄i legata. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. vbi si testator legavit rem duobus ea conditione, si hæredi censum darent. Quilibet eorum suam partem solvens legatum pro sua parte consequitur. Nam ut rectè inquit Ant. Gomez. cons. 19. 5. hac decisio procedit in contractu luctuoso, vbi nullum hæredi præiudicium sequitur, esto vñus

legatarius partem legati consequatur. Secus est in contraria uero reuenditionis, siquidem empior inuitus cogitat in com munionem deuenire.

Controversia autem est, an integrum pretium offerendo possit unus venditor redimere alios nolentibus, vel negligenteribus? Negant Paul. Caſtreñ. in leg. si quis aliam ff. de solita. mil. Socin. cons. 1. 6. vol. 4. Baldus, in leg. 2. Codic. de pac. imm. empt. & vendit. Iafon in leg. stipulationes dividuntur. 1. ff. 42. s. 1. p. 1. glōff. 7. Primo quia priuatenus alij venditores iure, & potestate redimendi, si unus integrè redimere potest. Secundo empior pluribus venditoribus coniunctum obligatus est reuendere, non autem singulis. Ergo ab uno tantum venditore compelli non potest, sed necessario omnes consentire debent.

Ob hæc argumenta Raphaël Fulgol. in leg. quod si noli. §. idem Marcellus. ff. de editio editio, censet integrum pretium offerentem suam tantum partem redimere posse referatur aliiis venditoribus sua parte. Dicitur argumento à contrario sensu ex illa leg. quod si nolit, vbi inquit Confulus non posse altecum ex dominio consequi actione ex empto, ut sibi pro parte venditor tradat, si pro portione pretium dabit. Ergo si non pro portione, sed totum pretium dederit partem rei consequi poterit. Hoc tamen fundamentum levissimum est. Non enim ex eo quod non poterit partem rei consequi parte priuata oblatu, infeatur partem rei consecuturum integrum pretio concessio, sed potius infertur integrum rem consecutum, si integrum pretium obrulerit. Iniquissimum autem est ei cogere venditorem, ut integrum pretium offerens solum pro parte redempcionem obtineat, emptione concedatur integrum pretium redempcionis, retenta sibi parte rei redempta.

Quapropter communis, veraque sententia docet singulos venditores alios nolentibus, vel negligenteribus aut impotenteribus non redimere posse. Sic Paul. Caſtreñ. sibi contrarius conf. 2. 1. lib. 2. Socin. in leg. 1. §. sed & quovis ff. ad Trebellian. Iafon. in leg. stipulations non dividuntur, num. 2. ff. de verbis obligat. ibi Ruinus. num. 1. 2. Alciat. n. 6. §. 6. 6. Cagnol. in leg. 2. Cod. de pac. inter empt. & vendit. num. 10. Tiracol. de retractiō conuent. §. 1. glōff. 5. 6. 37. Anton. Gomez. d. cap. 10. num. 1. 4. §. septimo infero. Fochin. lib. 2. controversi. 2. Et quidem si unus ex potenteribus redimere redempcionem cedat, vel inhabilis reddat, non est dubium alterum redimere posse, quia ei in alterius accrescit. Ut probat manifeste lex fundus ille ff. de contrah. emp. Vbi si tibi Ticio fundum emeris, & in persona Titi empio non sufficiat, decidatur corius fundi emptionem tibi pertinet, quia persona Titi superuacanea est. Similiter ex superuacanea redempcione a persona que redimere non poterit. Neque aquam est ob vñus impotentiam alterum potestate redimendi priuatis, bene cum communis sententia norat. Ant. Gomez. loco citato. Idem dicendum est, cum plures venditores ius redimendi obnient, nolint tamen redimere, competere inquit ius redimendi volunti satisfactione data restituendi alteri domino partem suam, cum redimere volerit, quia in hac redempcione neque empori vñum præiudicium generatur, si quidem totū pretium ei offertur, neque alteri venditori, cum ipsi caueat ut restuenda parte sua redimere volent. Vt colligunt ex 1. 5. §. pecunia, ibi si res sunt quæ diuidi non possunt, omnes debent tradere satisfactione idonea à petitione eti præstada ut hoc quod supra partem eius est, & argum. leg. hæredes §. idem obseruantur ff. familia erificande vbi duos hæredibus existentibus vñi conceditur pignus querere totam debitam pecuniam offerendo.

## §. VII.

Num ius redimendi ex pacto competens possit in alium transferri?

1. Ex successione necessaria transmitti posse.
2. Ex voluntaria plures negant.
3. Vertus est transmitti posse.
4. Soluitur oppoſitum fundamentum.

**N**on est dubium iure successioni hoc ius redimendi tam acutè quam passu in alterum transferri. Ut probat leg. 2. Cod. de pac. inter empt. & vendit. Vnde si vñdas rem cum pacto retrouendendi intra quinquennium, & ante tempus illud elapsum decedas, tuus hæres redimere rem potest. Econtra vero si empior decedat redimere ab illius hæredibus poteris durante quinquennio, vt glossa, & Doctoris communiter tradunt in dicta leg. 2. Translatio co quinquennio non est locus redempcionis, tametsi venditor decedat hæredes minore reliquo, qui nullatenus reliqui potest, cum tempus illud ex conventione partium determinatum sit. Vt habent, Amilius ff. de Minorib. & ibi Barr. & communis ienit-

tia teste Ant. Gomez, 2. var. cap. 2. num. 27. Neque obest lex finalis. Cod. in quibus causis in integrum restituere non est necessaria. Alterius minori non curare prescripcionem quia intelligitur de prescriptione conventionali, cuius terminus a conventione habetur. Excepit tamen Anton. Gomez quem sequitur Mol. dis. 37. & hoc loco, nisi praedictus heres ignoraverit tale pactum, & conditionem apposita in contractu defuncti, qua ob illam ignoranciam restituui poterit ex clausula generali, si qua inihi iulta causa videbitur tam minor quam maior. argum. Textus in leg. i. ff. ex quibus causis major. iuncta l. 1. §. si quis proper. ff. de itinere, atque prouato, vbi impeditus impedimento facti restituatur virtute dictae clausulæ. Ex quo cum Bartolo, Baldo, Paulo, Salizeto, & aliis assert Anton. Gomez, quoties aliqua res aduersus dominum ignorantem praescribitur posse dominum restituui virtute dictæ clausulæ; fauere textus in leg. Ponitius. ff. de acquir. hereditate, vbi si heres decedat hereditate noua adita, co quod ignoraverit hereditatem sibi delatam esse, potest eius heres restituiri, & hereditatem consequi.

Verum si de transuisione non necessaria, sed voluntaria loquamus, plures grauellos Doctores negant ius redimendi ex pacto in alium transmitti posse. Sic Aug. in leg. ad officium in fine. ff. communis diuidendo. Ruin. con. 72. lib. 1. Dubius est est Gregor. Lopez, & cogitandus reliqui, leg. 42. tit. 5. par. 5. gloss. 2. Dicuntur, quia ius redimendi ex statuto competens consanguineo transmitti non potest, ergo neque ius redimendi ex contractu. Quod si dicas esse lacunam discernim, quia ius redimendi consanguineo competit consanguinei est ob singularem affectionem quam consanguinei habent ad res patrimoniales, aut auitas, que affectio non intercedit in iis quæ ex pacto redimuntur, obstat quia venditor paciens de redemptione facenda manuiflè indicauit singulariter rei vendita affectum esse, vel quia eit (auctor maiorum), vel quia ab ipso fuit acquista, vel ob aliam causam. Deinde fideicommissarius nequit alteri cedere suas actiones, & obligations, quoique fideicommissum accipiat, leg. ex mulier. & ex aff. ff. de tute domini. Ergo neque es cui competit redemptio quoisque redemtionem exequatur.

Nihilominus omnino tenendum est posse cum cui ius redimendi competit in alium transferri, prout docuit Paul. Castren. con. 1. lib. 2. Tiraquel. de retracta con. angusti. §. 2. 6. gloss. 3. num. 1. Ant. Gom. 2. var. cap. 2. num. 29. Fachin. lib. 2. conroum. c. 1. & alijs plures apud ipsos. Fundamentum est, quia hoc ius redimendi transmissibilis est ad heredes. l. 2. Cod. de pac. inter empt. & vendit. At que transmissibilis sunt ad heredes cedi alteri possunt, leg. ex pluribus ff. de administrat. rutor. Ergo. Quod fecas est in retracta iure sanguinis, qui fecis non transmittitur ad heredes sic nec cedi alteri potest, quia ius sanguinis cui nictus transmissibilis non est.

Ex his solutur principium oppositæ sententia secundum momentum. Ad leg. si mulier. & ex aff. respondeo ibi solum dici non posse heredem in alium, quam in fideicommissarium transferre actiones, & obligations hereditatis quibus est obstritus; est enim ea translatio in grata creditorum præjudicium, cum fideicommissarium autem trahit sibi fideicommissum cogere non posset. Quod instituto presenti non concuerit, cum celso iuri reuendendi nemini præjudicium generet, neque possit alterius rei annexum sit, sicuti amittuntur actiones & obligations fideicommissa hereditatis illius acceptio, & possessioni.

## §. VIII.

Quod ius competit venditori in re vendita ex venditione sub pacto redimendi?

- 1 Durante tempore reuenditionis nequit empator rem venditam alienare.
- 2 Si de facto alienat plures censem competitore primo venditori rei vindicationem.
- 3 Contrarium verius est.
- 4 Excepit nisi adderetur conditio, ne empator alteri rem emptam vendere, aut donare, ut competit apud omnes.

**D**urante tempore quo venditor redimere potest, neque empator alteri rem emptam vendere, aut donare, ut competit apud omnes. Solum est dubium, an si de facto alteri vendat possit venditor ex vi. praedicti pacti aere aduersus secundum empotorum rem rei vindicatione? Affirmat Paul. de Castro in leg. si cum vendere, ff. de pignorat. act. Ioann. de Anania in c. conquisitus de usuris. Decius conf. 61. num. 4. Ant. Burgensis. in c. ad nobis. ff. de empti. & vendit. Tiraquel. de ret. & c. Convent. §. 1. gloss. 7. num. 7. Couartuu. 3. var. c. 8. num. 7. Menoch. conf. 63.

num. 1. 4. quam sententiam inquit Gregor. Lopez, leg. 42. tit. 5. par. 5. gloss. 7. maxima aquitate fulciri. Dicuntur, quia ex parte reuendendi venditio prius facta restituitur, & res in praesumtu itacum restituuntur. Ergo venditor agere poterit aduersus quemlibet possellorem tanquam in possellorem rei aliena. Quid confirmari potest ex leg. si cum vendere, ff. de pignorat. act. vbi si creditor vendoret pignos sub pacto, ut quandocumque emptor debetur premium pignos debitori reddatur creditor tenetur ius, & actionem in suum debitorem cedere, si pique debitor potest eam rem vindicare, aut in factum actione aduersus empatorum agere. Ad idem est lex voluntate, §. utim. Digest. quibus mod. pign. vel hypoth. soluit. ibi creditor quoque si pignos distraxit, & à venditione recessum fuerit, vel homo realibus dominum ad venditorem reveritur.

Contraria sententia negans ex vi pacti ad reuendendum ori actionem rei vindicatione aduersus tertium possellorem commonit est, & probabilior: sicuti relato Bart. Alexand. Baldo, & aliis docuerunt Anton. Gomez, dicto lib. 2. var. cap. 2. num. 19. Gregor. Lopez, leg. 42. gloss. 7. tit. 5. parte 5. Fachin. lib. 2. conroum. cap. 14. Molina, tractat. de disputat. 374. §. contraria. vbi inquit hanc opinionem probari aperit ex dicta, leg. regia 42. illis verbis, el comprador es tenido de tornar la cosa en todas gafas si es en su poder, y si en su poder no es, debe pechar al vendedor todos los daños y menoscabos que le suviieren, porque no tornó aquella cosa que asi aun vendido. Verum ut tecle Gregor. Lopez, ibi gloss. fin. ex praedictis verbis non concluditur, nam ibi tanquam probatur obligatio empiroris, que est de retinenda res in sua fuit potestate, vel interesse si alienata fuerit, non tamen negatur possit venditorem aduersus secundum empotorum aduersus secundum empotorum agere vitii rei vindicatione. Quapropter fundamentum præcipuum sumitur ex leg. 2. Cod. de paci inter empt. & vendit. vbi deciditur ex pacto reuendendi ori actionem praescriptis verbis, & ex empio, quæ actio personalis est, quia empator cogi potest, ut empionem difficiat, & rem empatam restituit, si in eius est potestate, sin minus interesse. De act. one rei vindicationis neque ibi, neque alibi ullam haberet verbum, & confirmatur ex §. omnium inst. de adiutori vbi decidiatur ex consentientibus, & pactis actionem personalem, non autem in rem nati. Deinde confirmatur a similis enim venditio vii facta non impedit quia validè alteri res vendat, & tradat, neque ex ea priori venditione comparat empator ius aduersus secundum empotorum iuxta leg. quies. Cod. de rei vindicat. & leg. siue autem. §. ff. duobus ff. de publicana. Ergo neque pactum reuendendi, quod minus est quam venditio, impedit translationem dominij in empotorum secundum, neque venditor comparabit aduersus illum potestatem rescindendi venditionem.

Excepit tamen Ant. Gomez, Gregor. Lopez, Fachin, & Mol. loc. citata, nisi pacto reuendendi adderetur conditio, ne empator alteri alienare rem empearum posset, et si que alienatio inf. c. 1. eo in cœtu potest empator aduersus tertium possellorem agere, ipsoque qui rei libi alienata dominium non acquisierit, & iuxta hunc casum intelligendæ sunt lex. si cum vendere, & lex voluntate pro opportuna sententia adiuncta. Præterquam quod dictæ leges intelligi possunt de alienatione pignorat absque de debitis solenitatibus facta.

## §. IX.

Ad quem fructus rei venditæ sub pacto reuendendi pertinent?

- 1 Quid sit certum.
- 2 Fructus pendentes tempore redemptiois empirori competunt.
- 3 Si redemptio diverso tempore celebranda est, spectandus est valor ei simul cum fructibus.

**C**ontenit fere omnes Doctores Anton. Gomez 2. var. cap. 2. num. 24. & 27. Couartuu. 1. var. cap. 1. 5. numero 6. & 7. Molina, disputat. 374. §. fructus. Fachin. lib. 2. conroum. 14. Leflius. lib. 2. cap. 21. dub. 1. 5. num. 12. fructus tempore venditionis rei venditæ inbarentes empotorum competere, quia simul cum re venditio, idemque est de fructibus perceptis vel que ad redemptiois tempus, quia res illa empotoris est, ac proxime ipsi fructificare debet. Fructus vero ex re permanentes ab eo tempore quo redemptio instituitur, & premium pro re offerunt, empotorque in mora censetur rem restituendi, venditori competit. Sicuti colligunt ex l. 2. Cod. de paci inter empt. & vendit.

Quapropter difficultas est de fructibus tempore redemptiois pendentibus in quantum hi fructus empiriorum venditori qui rem redimit competent? Et dicendum est empotorum competitere quoad valorem, & estimacionem quam e tempore habent; quia illius est res empta usque ad illud tempus, si enim usque ad illud tempus venditor potest vnu fuit, & il-

ius

Ius emolumenatum percepit, cur emptor percipere non potest fructus rei empta. Arque ita tradunt Couartuu, Molina, Fachineus, Lessius loc. cit. Quod si res empta fructus nondum produxit tempore redemptoris, est tamen ut producat culta, & preparata eius culter, & preparationis aestimatio emptori competit, quam ei faciascere debet redimens. Ut bene adiutet Mol. loco cit.

Verum si redemptio statuit diuerso pretio celebranda, cum tunc nouus contraclusus emptoris, & venditionis celebretur, spectantur erit valor rei summa cum fructibus pendentibus tempore reuenditionis, & iuxta illum pretium augendum, vel diminuendum erit. Ut notauit Lessius dict. dux. 15. num. 123.

## §. X.

Soluendane sit gabella ex reuenditione facta vi pacti reuendendi?

1. Ex venditione sub pacto reuendendi gabella debetur.
2. Ex reuenditione nisi diuerso pretio fuit nos debetur.

**E**x venditione sub pacto reuendendi feret omnes Doctores Anton. Gom. lib. 2. var. c. 2. numero 31. & leg. 70. tauri num. 20. Pinel. in leg. 2. Cod. de rescind. vendi. 2. p.c. 3. numero 36. Lessius de decima vendit. c. 14. numero 36. Molin. dispu. 374. circa finem. conuenient gabellam culibet venditioni, & emptiori appositum debitum est, quia vera et, & abso-luta venditio, tametsi sub pacto, & conditione resoluenda.

**2.** Attraen ex reuenditione postmodum subsequeta ex vi praedicti pacti nulla gabella debita est, ut praefati doctores docent, quia illa non est propria venditio, sed prioris venditionis decisio, & resolutio nec voluntaria, sed necessaria ex vi pacti in priori venditione initi. Secus videtur dicendum, si conuenient contrahentes de redimenda re diuerso pretio iuxta qualitatem, & aestimationem rei tempore redemptoris, quia eo casu conuenient de celebrando novo contraclu, nouaque venditione, & emptione. Etidem est dicendum, si pactum esset de redimenda re intra quinquennium, & antequam illud esset elapsum ad aliud quinquennium prorogatur redemptio, quia illi prorogatio praestat redemptionem postmodum subsequentam non fieri vi prima venditionis, & ex pacto in ea imibito, sed vi secundi pacti, ac proinde nouam esse contraclu consendum. Ad idem est si conuenires cum empore non de reuendenda re, sed cau quo illam reuendere voluerit us in emptione praefertur. Nam empior eam tibi reuendens esto eodem pretio ac illam accepti nouam institutam venditionem gabellam subiectam. Sic cum Lazarte, dictio cap. 14. obseruat Mol. d. dispu. 374. ad finem.

## P V N C T V M XXXII.

De venditione sub pacto legis commissoriae, & adiectionis in diem.

1. Quae sit haec conditio sub pacto legis commissoriae, & adiectionis in diem.
2. Apponitur hoc pactum in fauorem venditoris.
3. Quis eius effectus?
4. Debet incontinenti apponi, non ex intervallo.
5. Item debet directe verbis concipi.
6. Id tamen non est necessarium in pacto adiectionis in diem.
7. Ex pacto retrouendendi plures affirmant dominium absque traditione in venditorem reverti.
8. Verius est traditionem necessariam esse.
9. Solvantur fundamenta opposita.
10. Res cum fructibus percepta reddenda est venditori.
11. Ex his venditionibus deberi gabellam affirmant plures.
12. Contrarium verius est.

**V**ereditio sub pacto legis commissoriae instituitur, cum res vendi. Titio ea conditione apposita, ut intra mensum, vel annum pretium non soluerit, inempta sit. Sic habetur, leg. 1. & per totum ff. de lege commissoria. & leg. commissoria. Cod. de pactu inter empt. & vendit. & leg. regia 3. t. 5. par. 5. Vocatur autem hoc pactum legis commissoriae, quia legi singulis incident in commissum qui pretium statuta tempore non soluit, sicuti incidunt feudatarii non solvens pensionem. Venditio sub pacto adiectionis in diem concipiatur, si vendas rem conditione apposita, ut si intra mensum, vel annum alias meliorem fecerit emptionem res sit inempta. Censebitur autem melior empior fieri, si maius pretium, vel commodior solutio offeratur iuxta leg. si quis hac. ff. de res

vindicat, & leg. 1. & per totum ff. de in diem adiectione. & l. 5. par. 5.

Hoc pactum confitetur factum in fauorem venditoris, quia emptore non soluente premium statuta tempore liberum est venditori, velle rem esse inemptam, vel agere ad prius solutionem. l. 2. & 3. ff. de lege commissoria. Et idem est de pacto adiectionis in diem, liberum est venditoris alter meliorum, seu commodiorem offerat emptorum velle venditionem praeferit nullam esse, aut eam approbat. leg. 2. & 3. leg. eum qui, & leg. Sabine. ff. de in diem adiecit. Sic Anton. Gomez, 2. var. cap. 2. n. 30. Couartuu. 3. var. cap. 3. n. Molin. dispu. 378. in print.

Efectus huius triusque pacti est venditore volente venditionem nullam esse, Dominum rei venditare ad venditorem reddit ipso iure, & absque villa adiectione, ita ut à quoconque res possidatur vendicari possit. Nam de pacto leg. commissoria colligunt ex leg. commissoria. Cod. de pactu inter empt. & vendit. & leg. 2. & 3. ff. de lege commissoria. Ecce de pacto adiectionis in diem habetur leg. si quis hacff. de res vindicat, & leg. si ex dubio, §. 5. & Marcellus. ff. de in diem adiectione, & notari ex communis sententia Doctorum Anton. Gomez, d. 30. Couartuu. n. 1. Molin. dispu. 278. §. tertio.

Vt autem hoc pactum legis commissoriae, & adiectionis in diem hinc effectum habeat, oportet ut in continuo adieciatur venditioni, nam si ex intervallo fiat, non refoluntur venditio, neque dominium ad venditorem revertetur absque traditione. Vt ex Glosa, in leg. de emptione, ff. de paup. Baldi, Iafone & alius probat Anton. Gom. Couartuu. Molin. loc. alleg.

Deinde necessarium est, ut pacto legis commissoriae verbis directis explicetur contraclu prioris relatio, & annalatio ipso facto sicuti cum dicitur, res sit inempta, inempta, contratu si nullus, nullum valorem habeat, habeatur pro infinito, iuxta leg. 2. & 3. ff. de rescind. vendit. & pluribus comprobatur Anton. Gomez, 2. var. cap. 2. num. 30. item add. Couartuu. 3. var. cap. 3. num. 1. Alias si verbis obliquis pactum conceperetur, qualia sunt que potius contracta, collatione, quam illius recifionis & annulationis significant, ut si fuit dissolutus contraclu, si dissolutus, res ad me redat, restituatur &c. non habebit effectum transferendi ipso iure dominium in venditorem, sed indigebit traditione, quia illud non est pactum legis commissoriae, & adiectionis in diem proprii, sed potius est censendum pactum retrouendendi. Sic communis sententia, quam retinetur, & leguntur Couartuu. & Anton. Gomez supra Molin. §. Doctores, & habetur expedita leg. 3. Cod. de pact. inter. empt. & vendit.

De pacto adiectionis in diem est communis sententia censetur verbis obliquis conceptum non restitu dominium venditoris ipso facto. At Couartuu 3. var. cap. 8. num. 1. §. leundo. dubius est, & in partem contraria propendet, quam absolutè approbat Molin. dispu. 378. §. Disputabatur Texum, in leg. si quis haec lega. Digest. de res vindicatis. vbi si pactum concipiatur sub hac lega, si aliud meliorum conditionem attingatur, recedatur ab emptione: post allatum conditionem, inquit Ulpian. iam non potest in rem actione vti. Sed est ut in diem adductis sit fundus, antequam adductio facta sit vti in rem actione potest, postea non potest. Ecce qualiter opptori conceditur vti actione in rem emptam ante allatum meliori emptionem, focus postmodum. Neque vales dicere praedictum pactum factum esse sub verbis directis, nam id falsum esse manifeste convincitur cum autoritate Bart. in dicta l. si quis hac, & Salze in l. traditionibus. Cod. de pathi. Tum quia verbum recedatur propriè & formaliter significat cessionem non contractus, non ipsius annulationem. Qod si dicas cum Bart. allata conditione non concedi empori actionem rei vindicationis adiutus venditorem, quia potest ab ipso venditore repelliri exceptione pacti, bene tamen auctoritas quemlibet alium, obstat, quia iureconsulutus ab omnibus decidit ante allatum meliorum emptionem competere empori actionem in rem, que actio non competit, solum adiutus venditorem, sed adiutus quemlibet alium. Ergo post allatum meliorum emptionem non solum adiutus venditorem, sed adiutus quemlibet alium ea actio cellular. Qod si inquiras, quare in pacto legis commissoriae concepto verbis obliquis non revertatur in venditorem dominium rei venditae, bene tamen in pacto adiectionis in diem, dic eam esse rationem, quia in pacto legis commissoriae apponitur in rem emporis ob pretium non solutum, ideoque mittit agendum est. At in pacto adiectionis in diem revertitur dominium in venditorem ob eius commodum, cui merito fauendum est & extensis facienda.

Graui ramen est difficultas. An eundem eff. cum translationis dominij operetur pactum de ratioe intendendo verbis directis conceptum: vt si dicas, vendo tibi fundum na conditione, ut si intra quinquennium tibi pretium reddam, in emptus sit? Affirmat communis sententia in l. si à te. Cod. de pact. inter. empt. & vendit. quam ibi sequitur Paul. de Castro. Salicea.